


C. HABSPVRG.




*Vt Leo quadrupedum rex est, ac dentibus urget
Quos videt armata sumere tela manu:
Sic fuit, est, & erit stirps Habsburgensica clara,
Et primas inter nomina prima tenet.*

C. HOHENBERG.



*Hohenbergensi cum gnata fœdera Primus
Coniugij stabilis sacra Rudolphus inicit:
Hinc iste Austriacæ domini Comitatus adherens
Austriacum Procerum iussa cepisset ouans.*

C. FERRETEN.



*Omnis ut extincta est fratrum sine prole caterua,
Quæritat Albertus munera grata toro.
Ioannam sobolem Pfortensi principe natam
Ducens, Pfortensem pace replevit humum.*

C. KIBVRGEN.



*Clara fuit Comitum stirps Kiburgensica quondam,
Sustulit hoc terris fors inimica genus:
Sanguinis ergo Duces succedunt iure propinqui
Austriaci, Austriacis sic plaga iuncta manet.*